

Aulularia (La Marmite).

Numéro d'inventaire : 2010.06170

Auteur(s) : Eugène Benoist

Plaute

Type de document : livre scolaire

Éditeur : Hachette et Cie Librairie (79, boulevard Saint-Germain Paris)

Mention d'édition : nouvelle édition

Imprimeur : Lahure

Période de création : 3e quart 19e siècle

Date de création : 1874

Collection : Nouvelle collection de classiques latins

Description : Livre relié. Plats vert pâle ill. en noir. Dos toilé vert.

Mesures : hauteur : 155 mm ; largeur : 101 mm

Notes : Nvelle éd. publiée avec une notice, des notes en français, le supplément de Codrus Urceus et les imitations de Molière. Offert par les éditeurs.

Mots-clés : Latin

Filière : Post-élémentaire

Niveau : Post-élémentaire

Autres descriptions : Langue : Multilingue

Nombre de pages : 80

Commentaire pagination : XXIII + 57

Sommaire : Introduction

PROLOGUS. 3

Aut ture aut vino aut aliqui semper supplicat;
Dat mihi coronas. Ejus honoris gratia, 25
Quo eam facilius nuptum, si vellet, daret,
Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,
Sed hic senex jam clamat intus, ut solet;
Anum foras extrudit, ne sit conscia.
Credo, aurum inspicere volt, ne subreptum siet. 30

ACTUS I. SCENA I.

EUCLIO. STAPHYLA.

E. Exi, inquam! age, exi! exeundum hercle tibi hinc est
Circumspectatrix cum oculis emissiciis! [foras,
S. Nam cur me miseram verberas? *E.* Ut misera sis,
Atque ut te dignam mala malam ætatem exigas.
S. Nam me qua causa extrusisti ex ædibus? 5
E. Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?
Illuc regredere ab ostio! illuc, sis. Vide,
Ut incedit! At scin, quo modo tibi res se habet?
Si hodie hercle fustem cepero aut stimulum in manum,
Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. 10
S. Utinam me divi adaxint ad suspendium

24. *Aliqui*. Ablatif arch. pour *aliqua re*.

30. *Siet*. Subj. arch. pour *sit*.

I, 1. — 1. De cette scène, Molière a tiré le début de la scène III, du 1^{er} acte de l'*Avare*. Voyez l'APPENDICE I.

2. *Emissiciis*. Mot forgé par Plaute. Comparez *demissiciæ tunnicæ*, *Pœn.* V, 5, 24.

3. *Nam cur* équivaut à *curnam*. La particule *nam* ainsi placée sert à exprimer l'indignation ou un sentiment violent du même genre.

4. *Ætatem* équivaut à *vitam*.

6. *Stimulorum seges*. Injure souvent adressée aux esclaves

que l'on châtiât en les piquant avec un aiguillon. Littéralement: champ planté d'aiguillons, c.-à-d. malheureuse dans le corps de qui se plantent sans cesse les aiguillons.

7. *Sis*, c.-à-d. *si vis*.

8. *Habet*. Les comiques négligent souvent la règle du subjonctif dans l'interrogation indirecte.

10. *Grandibo*. Futur arch. d'un verbe de la 4^e conjugaison d'ailleurs peu usité.

11. *Adaxint*. Parf. du subjonctif archaïque pour *adegerint*. Le parfait a d'ailleurs dans cette locution le même sens que le présent. — *Divi*. Seul exemple de

Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam !
E. At ut scelestá sola secum murmurat !
 Oculos hercle ego istos, improba, effodiam tibi.
 Ne me observare possis, quid rerum geram. 15
 Abscede! etiam nunc! etiam nunc! etiam! ohe,
 Istic adstato! Si hercle tu ex istoc loco
 Digitum transvorsum aut unguem latum excesseris,
 Aut si respexis, donicum ego te jussero :
 Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci. 20
 Scelestiorem me hac anu certe scio
 Vidisse numquam, nimisque ego hanc metuo male,
 Ne mi ex insidiis verba imprudenti duit,
 Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum ;
 Quæ in occipitio quoque habet oculos, pessuma. 25
 Nunc ibo, ut visam, estne ita aurum, ut condidi,
 Quod me sollicitat plurimum miserum modis.

ACTUS I. SCENA II.

STAPHYLA.

Nœnum mecastor, quid ego hero dicam meo
 Malæ rei evenisse, quamve insaniam

cette forme dans Plaute qui emploie ordinairement la forme contractée *di*.

15. *Quid rerum geram.* Locution partitive familière à Plaute.

19. *Respexis.* Futur passé arch. pour *respexeris*. — *Donicum*, forme ancienne équivalente à *donec*, dans le sens de *antequam*.

20. *Te dedam discipulam cruci.* Littéralement : Je te livrerai à la croix pour t'instruire, pour t'enseigner les manières que tu dois avoir.

21. Molière a mis ces mots dans la bouche du valet : « Je n'ai rien vu de si méchant que ce maudit vieillard. »

2 2. *Nimis* équivaut à *valde*.

23. *Ex insidiis.* C.-à-d. *dolose* perfidement. — *Verba duit*, c.-à-d. *fallat*, ne me trompe. *Duit* est un subj. archaïque pour *det*.

24. *Aurum ubi est.* Sur cet emploi de l'indicatif dans l'interrogation indirecte. Voy. Sc. I, vers 8.

27. Molière : « Ce n'est pas une petite peine que de garder chez soi une grande somme d'argent. »

I, 2. — 1. *Nœnum.* Négation archaïque pour *non*, composée de *ne* et de *œnum* (*unum*), comme le grec οὐδ' ἓ, auquel elle correspond. Le principal manuscrit a en glose *pro non*.

2. *Quid malæ rei.* Locution partitive pour *quam malam rem*

ACTUS I. SC. II.

5

Queo comminisci : ita me miseram ad hunc modum

Decies die uno sæpe extrudit ædibus.

Nescio pol, quæ illunc hominem intemperix tenent : 5

Pervigilat noctis totas ; tum autem interdus

Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

ACTUS I. SCENA III.

EUCLIO. STAPHYLA.

E. Nunc defæcato demum animo egredior domo,

Postquam perspexi, salva esse intus omnia.

Redi nunc iam intro atque intus serva. *S.* Quippini ?

Ego intus servem ? An, ne quis ædis auferat ?

Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus : 5

Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.

E. Mirum, quin tua me causa faciat Juppiter

Philippum regem aut Darium, trivenefica !

Araneas mihi ego illas servari volo.

Pauper sum, fateor : patior. Quod di dant, fero. 10

Abi intro ! occlude januam ! Jam ego hic ero.

3. *Comminisci*, imaginer. Le mot est pris dans son sens primitif, dérivé de *mens*.

5. Molière : « Je pense, sauf correction, qu'il a le diable au corps. »

6. *Noctis*. Accusatif arch. — *Interdus*. Adverbe, formé de la préposition et de l'ancien accusatif neutre *dius*, ou *diu*, pour *dies*.

6. Molière : « Êtes-vous un homme volable, quand vous renfermez toutes choses et faites sentinelle jour et nuit ? »

I. 3. — 1. *Defæcato*, calme. Comme un vin que l'on a laissé reposer et dont la lie est allée au fond.

3. *Quippini*. Particule de con-

cession. mais qui renferme une idée d'ironie : Pourquoi non ? Sans doute !

4. *Ædis*. Accusatif arch. pour *ædes*. Il en est de même, vers 12 et 20.

5. *Quæsti*. Génitif archaïque pour *quæstus*. Plaute use toujours du génitif en *i* dans les mots : *quæsti*, *tumulti*, *victi*, *senati*, *gemiti*.

7. *Mirum, quin*. Locution ironique, comme notre : ne faudrait-il pas vraiment.... Il y a lieu de s'étonner que.... ne....

8. *Philippum.... Darium....* Ces deux noms arrivent ici pour personnifier les rois d'Europe et d'Asie devenus célèbres par leurs richesses.

